

JHS[†]

BOLETIN OFICIAL
DEL
OBISPADO DE MENORCA

EPOCA IV 23 DICBRE. 1963 (DEP. LEG.-M. H.-148-1959) N.^o 21



LOS EXCELOS HONORES
DE LA
SOLEMNE CORONACION PONTIFICA
ESTAN CONCEDIDOS A LA
IMAGEN
DE
MARIA AUXILIADORA
VENERADA PATRONA
DE
CIUDADEL'A

*

20 OCTUBRE 1963

*

AUXILIUM CHRISTIANORUM
ORA PRO NOBIS



DIPLOMA PARA LA PONTIFICAL CORONACIÓN
DE LA IMAGEN DE MARIA AUXILIADORA DE
CIUDADELA

PAULUS SANCTAE ROMANAECYCLESIAE PRESB. CARDINALIS MARELLA, TITULI S. ANDREAE DE HORTIS, SS. PATRIAR-
CHALIS BASILICAE PRINCIPIS APOSTOLORUM DE URBE AR-
CHIPRESBYTER, SACRAE CONGREGATIONIS REV. FABRICAE
PRAEFECTUS

Excellentissimo ac Reverendissimo BARTHOLO-
MAEO PASCUAL MARROIG Episcopo Minoricensi salu-
tem in Domino.

Ex litteris quas ad Capitulum Nostrum misisti, cui
quidem privilegium competit sacrae Deiparae effigies
coronandi arte cultuque insignes, laeto animo comperi-
mus in Civitate Episcopali «Civitella» iam a longo tem-
pore Beatissimam Virginem Mariam sub populari titulo
AUXILIUM CHRISTIANORUM tenerima recoli devotio-
ne. Cum vetustum atque fragantissimum, erga eiusdem B.
V. Mariae simulacrum cultum atque magnam esse chris-
tifidelium ad id venerandum frequentiam intellexerimus,
NOS, qui in Dei Genetricem honorem semper pro viri-
bus fovere ac tueri studuimus, Tui Tuique populi deside-
rio ac votis CAPUT B. V. MARIAE aureo diademate de-
corandi annuere et satisfacere cupientes hodie, una cum
Nostro Capitulo in aula Capituli rite congregato atque de
communi eiusd. suffragio, decrevimus atque mandavi-
mus praefatum Deiparae s. simulacrum, nomine Nostro
atque ritu solemni pretiosa ex auro corona redimiri pos-
se. Istius autem coronationis peragendae munus ita con-
cedimus ut Tu per Te ipsum, vel si id Tibi placuerit, per

alium a Te delegatum, illud perficere possis ac valeas.

Datum Romae, apud S. Petrum, die 20.^a octobris a.
MCMLXIII, Pauli Pp. VI primo.

† ALOISIUS CIVARDI
Camerarius

† JULIUS BARBETTA
Ep. tit. Pharin., ab actis.

(L. ✠ S.)

VERSIÓN DEL DIPLOMA PARA LA CORONACIÓN PONTIFICIA

PABLO MARELLA, CARDENAL PRESBITERO DE LA STA. ROMANA IGLESIA DEL TÍTULO DE S. ANDRÉS, ARCIPIRESTE DE LA STA. BASÍLICA PATRIARCAL DEL PRÍNCIPE DE LOS APÓSTOLES EN LA URBE, PREFECTO DE LA SDA. CONGREGACIÓN DE LA RDA. FÁBRICA

Al Excelentísimo y Reverendísimo Sr. D. BARTOLOMÉ PASCUAL MARROIG, Obispo de Menorca, salud en el Señor.

Por las Letras que mandaste a Nuestro Capítulo, al que compete el privilegio de coronar las imágenes de la Santa Madre de Dios, insignes por el arte o por su culto, nos enteramos con gozo de que en la ciudad episcopal «Ciudadela» ya desde largo tiempo la Santísima Virgen María, bajo la popular advocación de AUXILIO DE LOS CRISTIANOS es venerada con una muy tierna devoción. Entendiendo que es antiguo y muy ferviente el culto de la imagen de la misma Sma. Virgen, y que los fieles la veneran con gran frecuencia, NOS, que procuramos siempre fomentar lo más que podemos en honor de

la Madre de Dios, queriendo hoy satisfacer a tus deseos y a los de tu pueblo, de honrar con corona de oro la cabeza de la Sma. Virgen María, con Nuestro Capítulo debidamente congregado en la Sala Capitular, y de acuerdo con el mismo, decretamos y mandamos que dicha imagen de la Santa Madre de Dios pueda ser ornada con corona de oro, en Nuestro nombre y con solemne rito. Y concedemos esta facultad de realizar la Coronación de modo que tú mismo, o si prefieres por otro, por tí delegado, puedas efectuarla.

Dado en Roma, junto a S. Pedro, día 20 de octubre del año 1963, primero del Pontificado de Paulo VI.

† LUIS CIVARDI,
Camarero.

† JULIO BARBETTA,
Ob. tit. Farin., Secretario.»

(L.  S.)

PRECES DEL SEÑOR OBISPO PIDIENDO A SU
SANTIDAD LA CORONACIÓN

Beatissime Pater

Infrascriptus Episcopus Minoricensis, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, ad augendam devotionem fidelium, maxime in hac Civitate episcopali, erga Beatissimam Virginem Auxiliatricem, suis ipse votis et Cleri ac populi satisfieri cupiens, desiderat ut ipsius Imago quae hic colitur Coronationis Pontificiae decore magnificetur.—Hunc in finem ea quae nuperime Sanctitati Vestrae exposui ad impetrandum ipsius Patrocinium super Civitatem, nunc repetere placet.

Devotio fidelium Civitellae, quae est Civitas Episcopalis huius Dioecesis Minoricensis, erga Beatissimam Virginem Mariam sub titulo «Auxilium Christianorum», antiqua est valde et plusquam saecularis.

Egregius decessor Noster Ioannes Antonius Diaz Merino, eo tempore quo persecutio impia invaluerat et inquis legibus saeve vexabat Hispaniam, probe noscens Beatissimam Virginem Mariam ita exoratam praesentissimum auxilium attulisse Pontifici Pio VII, eum mirabili prorsus modo liberando ab exilio et captivitate, voluit similiter eiusdem experiri patrocinium et anno 1836, videlicet, tantum post viginti et duos annos, preces admovit illius successori Gregorio XVI, a quo impetravit favore huius Dioecesis, per decretum diei 13 Aprilis, concessiōnem Officii et Missae Beatissimae Virginis Mariae sub titulo «Auxilium Christianorum».

Floruit igitur hic iam antiquitus laudata devotio, multo antequam huc venissent vulgo dicti Salesiani, immo antequam benemerentissimi Instituti fundationem faceret

providentialis S. Ioannes Bosco. Salesiani vero quasi Beatissimae Matris impulsu huc advenerunt cito, domum fundarunt et parvam ecclesiam aedificarunt Virgini Auxiliatrici, anno 1893 benedictam, quae proinde antiquior est inter omnes ecclesias in Hispania sub ipso titulo existentes, et in ampliori hodierno templo est reverenter inclusa.

Ex tunc devotio splendidissime florescit. Longum foret recensere huius augescentis quotidie devotionis testimonia: templum a populo frequentatur continuo a mane usque ad vesperum, illuc sponsae flores in die matrimonii, illuc matres filiolos suos afferunt Mariae recepturos ipsius advocationis benedictionem, illic cerei ardent et multiplicantur pia ex-vota; plures parvae capellae cum Imagine huius Virginis circumferuntur per omnes fere domos fidelium huius Civitatis illius, venerandae causa; immo et vix ulla est domus ubi non sit aliqua effigies vel impressa Imago. Notandum quod haec devotio materialis coniungitur cum frequentia Sacramentorum Paenitentiae et Eucharistiae Missisque quotidiana assitentia. Mense Maio frequentia prorsus crescit, sacrae hostiae plusquam triginta millia distribuuntur. Processioni sollemni, quae habetur occasione dicti diei festi, intersunt millia fidelium, tum Civitellae tum ex aliis locis accurrentium, ea peragitur et spectatur incredibili pietate, ita ut vere illis horis Civitas tota, religioso etiam domorum ornatu, tamquam templum Virginis Auxiliatricis appareat.

Itidem occasione anniversariorum hanc devotionem spectantium, Civitas permovetur, sicque evenit ut anno 1918 plurimi fideles in maiori platea Civitellae hanc Civitatem et totam Insulam Mariae Auxiliatrici populari acclamatione dedicarent.

Maxima pars iuvenum huius Civitatis instituitur a

Salesianis in scholis quae templum circumdant, sub nomine et patrocinio Virginis Auxiliatricis, quo fit ut omnes, sive operarii, sive potioris conditionis socialis cives, illius devotionem iam a prima aetate corde et mente hauriant atque per totam vitam plerique conservent.

Vastante Dioecesim dominatione impiorum (an. 1936-1939), quae Insulam et Civitatem tenuit ac tempa et imagines fere omnes destruxit, permansit quasi mirabiliter servata Imago Mariae Auxiliatricis exterius super Sanctuarium eminens, etsi pluries impii eam deiicere frusta conati fuerint; contra, permulti e fidelibus, istud intime complorantibus, perambulabant per viciniores vias ante Imaginem stantem, dissimulanter Rosarium aliasque preces fundentes.

In locum prioris Imaginis, quae intra templum colebatur et ab inquis destructa fuit, nova posita est, maioris quidem altitudinis, affabre ex ligno sculpta, auro et coloribus variegata et consuetae formae huius advocationis Virginis Auxiliatricis.

Quae cum ita sint, infrascriptus Episcopus Ordinarius, omnium votis, Capituli, Cleri, et Sacerdotum quidem Salesianorum, Magistratus ac fidelium huius Civitatis, obsequens, suaque propria fervide exprimens, ad pedes Sanctitatis Vestrae pro volutus humiliter postulat ut praedictam Imaginem, quae Civitellae colitur sub titulo «Auxilium Christianorum», honore Coronationis Pontificiae decorare dignetur.

Deum simul enixe rogans ut servet Beatitudinem Vestram multos per annos ad maiorem Dei gloriam et utilitatem Ecclesiae Sanctae Suae, pedes reverenter deosculatur,

† BARTHOLOMAEUS, EPISCOPUS MINORICENSES
(L. ✠ S.).

Civitellae Minoricarum, die vigesima sexta mensis Septembris, anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio.

VERSIÓN DE LAS ANTERIORES PRECES

Beatisimo Padre,

El infrascrito Obispo de Menorca, humildemente postrado a los pies de Vuestra Santidad, con el fin de acrecentar la devoción de los fieles, especialmente en esta Ciudad Episcopal, hacia la Santísima Virgen María Auxiliadora, anhela ver satisfechos sus propios deseos y los del Clero y pueblo, de que dicha Imagen que aquí se venera, sea ennoblecida con el honor de la Coronación Pontificia. A este propósito, place repetir ahora lo ya expuesto a Vuestra Santidad para impear el patrocinio de dicha Virgen sobre esta Ciudad.

Nuestro egregio antecesor Fr. Juan Antonio Díaz Merino, en tiempo en que la persecución de los impíos prevalecía y oprimía a España con leyes inicuas, conociendo bien que la Santísima Virgen María así invocada había auxiliado poderosamente al Papa Pío VII, librándole de manera enteramente admirable del destierro y de la cautividad, quiso de modo semejante gozar de su patrocinio, y en 1836, transcurridos sólo veinte y dos años, elevó sus preces a Gregorio XVI, sucesor de aquel Papa, y consiguió de él, en favor de esta Diócesis, la concesión del Oficio y de la Misa de la Santísima Virgen María bajo el título de «Auxilio de los Cristianos».

Floreció, por tanto, ya desde antiguo esta devoción en Menorca, mucho antes de que viniesen los Salesianos, y aun antes de que el providencial S. Juan Bosco fundara tan benemérito Instituto. Luego pronto vinieron los Salesianos, como impulsados por su Madre Santísima, fundaron una casa y edificaron una pequeña iglesia a la Virgen Auxiliadora, bendecida el año 1893, que es

por tanto la más antigua entre todas las iglesias de esta advocación existentes en España, y se encuentra incluida con reverencia en el más amplio templo actual.

Desde entonces esta devoción se incrementó de manera espléndida. Largo fuera enumerar los testimonios de su aumento de día en día: el templo es visitado por el pueblo fiel continuamente, de la mañana hasta la noche; allí las esposas ofrecen sus flores el día de su matrimonio; allí las madres presentan sus hijitos a María para recibir la bendición de su advocación especial; allí arden continuamente cirios y se multiplican los ex-votos; varias capillitas con la imagen de esta Virgen son llevadas para su veneración a casi todas las casas de los fieles, y apenas hay una casa de esta Ciudad donde no haya una imagen o un grabado de María Auxiliadora. Es de notar que esta devoción mariana se une a la frecuencia de los sacramentos de la Penitencia y de la Eucaristía y a la cotidiana asistencia a la Santa Misa. Esta frecuencia crece de modo extraordinario en el mes de Mayo, y en él se distribuyen más de treinta mil comuniones. Miles de fieles, tanto de Ciudadela como venidos de otras ciudades, asisten a la procesión que se celebra en ocasión de su fiesta, y se hace y se presencia con vivísima piedad, de tal modo que en aquellas horas toda la Ciudad, incluso por el religioso adorno de sus casas, aparece como un templo de María Auxiliadora.

Igualmente en los varios aniversarios que se refieren a esta devoción, la ciudad se conmueve; así el año 1918 los fieles reunidos en la plaza mayor de Ciudadela por aclamación popular consagraron la Ciudad y toda la Isla a María Auxiliadora.

La mayor parte de los jóvenes de esta Ciudad es educada por los Salesianos en el colegio que está junto

al templo, bajo el nombre y el patrocinio de la Virgen Auxiliadora; de lo que resulta que todos, ya obreros ya de otra condición social, desde su más tierna edad son imbuidos en esta devoción y en su mayoría la conservan durante la vida.

Al devastar la Diócesis la dominación de los impíos (años 1936-1939), que destruyó los templos y casi todas las imágenes de la Ciudad y de la Isla, la Imagen de María Auxiliadora, que está al exterior sobre su Santuario, permaneció como admirablemente conservada, aunque varias veces los impíos se empeñaron en derribarla; por el contrario, muchos de los fieles, que se dolían íntimamente de estos ultrajes, recorrián las calles contiguas y ante la Imagen, que permanecía en pie, rezaban disimuladamente el Rosario y otras oraciones.

En lugar de la anterior Imagen, que se veneraba en el interior del templo y fue destruída por los impíos, se colocó otra nueva, de mayor altura, artísticamente tallada en madera, con adornos policromos y dorados, en la forma con que es costumbre representar a María Auxiliadora.

En consideración a lo antedicho, el infrascrito Obispo Ordinario, uniendo a sus deseos los del Cabildo, del Clero, de los Salesianos, Ayuntamiento y fieles de esta Ciudad, humildemente postrado a los pies de Vuestra Santidad, suplica que la Imagen de María Auxiliadora, que se venera en esta Ciudad de Ciudadela, sea decorada con los honores de la solemne Coronación Pontificia.

Y Dios conserve y prospere la augusta persona de Vuestra Santidad, para su mayor gloria y bien del pueblo cristiano.

† BARTOLOMÉ, OBISPO DE MENORCA.

(L. ✠ S.)

Ciudadela de Menorca, día veintiseis del mes de Septiembre del año mil novecientos sesenta y tres.